Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



auribus meis. Quae est aut
vt populus tuus israel gens in terra
alter quam iuit deus vt redi
meret ea sibi in populum et po
neret sibi nomen faceretque
eis magnalia et horribilia
super terram a facie populi tui quem
redemisti tibi ex egipto gen
te et deo eius. et firmasti
tibi populum tuum israel in populum sem
piternum et tu domine factus es
eis in deum. Nunc ergo domine
deus verbum quod locutus es
super seruum tuum et super domum
eius suscita in sempiternum
et fac sicut locutus es vt
magnificetur nomen tuum usque
in sempiternum atque dicat. Dominus
exercituum deus super israel et
domus seruii tui dauid erit
stabilita coram domino quia tu
domine exercituum deus israel re
uelasti aurem seruii tui dicens
Domum edificabo tibi propter
hoc inuenit seruus tuus cor suum
vt adoret te oratione hac
Nunc ergo domine deus tu es
deus et verba tua erunt ver
locutus es enim ad seruum tuum
bona hec. Sum cepe igitur et bene
dic domum seruii tui vt sit
in sempiternum coram te. Quia
tu domine deus locutus es hec
et benedictione tua benedicetur
seruus tuus in sempiternum.

Factum est autem post hec
percussit dauid philis
theos et humiliauit
eos et tulit dauid frenum tri
buti de manu philistinorum et
percussit moab et mensus est
funiculo coequans terre. Men
sus est autem duos funiculos
vnum ad occidendum et vnum
ad viuificandum. Factusque est
moab dauid seruiens sub tri
buto. Et percussit dauid ada
dezer filium roob regem soba
Et cepit dauid ex parte eius
mille septingentos equites
et xx. milia pedites subner
uauit omnes iugales curruum
dereliquit autem ex eis centum
tantum. Venit et syria damas
ci vt presidium ferret ad ada
zer regem soba. Et percussit
de syria xx. duo milia virorum
Et posuit dauid presidium in sy
ria damasci factusque est sy
ria dauid seruiens sub tribu
to. Saluauit dominus dauid in
omnibus ad quecumque profectus
est. Et tulit dauid arma au
rea et torques que habe
bant serui adadezer et de
tulit ea in iem et de bethe
et de beroth ciuitatibus ad a
dezer tulit rex dauid es
multum nimis. De quo fecit
salomon oia vasa erea.
Audiuit autem thon rex
emach quod percussisset da
uid omne robur adadezer.
Et misit thon Joram filium
suum ad regem dauid vt sa
lutaret eum et gratularetur et
gratias ageret eo quod expug
nasset adadezer et percus
sisset eum. hostis quippe erat
thon adadezer et in manu
eius erant vasa argentea
et vasa aurea et vasa e
rea quae et ipsa sanctificauit
rex dauid domino cum argento
et auro quod sanctificauit
de vniuersis gentibus quas
subegerat de syria et moab